

expurgatione, peccatoris dilatatione, & A
 oris apertione; mysticè verò peccato-
 rum expulsiōe, amicorum dilectione,
 & ad Deum intentionis directione. Ar-
 tis documentum, consistit in vocis ele-
 uatione, depressione, & concordia; spi-
 ritualiter autem in contemplatione, in
 sui humiliatiōe, & in vnitatis conser-
 uatione. Vfus exercitamentum acqui-
 ritur frequenter, diligenter & fortiter
 canendo, istud autem non explicat mor-
 taliter. II. docet canticum nouum
 cantari quatuor modis, cum nouus ho-
 mo cantat, cum spiritualia canit, cum
 pro nouis, id est, æternis iubilat; cum
 nouo modo hoc est delectabiliter mo-
 dulatur. III. monet, vt coram Deo cā-
 temus. *Tom. 16. serm. festiuus fol. 30. col. 1*

tutes, sc. paupertatem, humilitatem,
 pœnitentiam, obedientiam: Paupertate-
 tem, quæ roborat: humilitatem, per
 quam inundationes maris quasi lac su-
 gimus: Pœnitentiam, quâ demones ex-
 pelluntur: Obedientiam, quæ vocanti
 respondet. II. Diuitis exitum esse in-
 fœlicem, ostendit. III. Negligentiam,
 omnium vitiorum esse sentinam: Pec-
 catorem, aridum, durum, & lapideum:
 Virginis partum, primum fœtus omni
 gaudio plenum, secundum verò dolo-
 rosum, & omni amaritudine repletum,
 probat. *à pag. 107. ad pag. 111.*

S. V. BEDÆ homilia in hunc diem,
 Euangeliū litteraliter & mysticè per-
 currit; quomodo Ioseph pater dicitur sit
 Christi, exponit: quo pacto Christus in
 ruinam multorum dicitur positus, de-
 clarat: quo sensu intelligendum, B.
 Mariæ animam gladium doloris per-
 transisse, explicat, & allegoricè ad Ec-
 clesiam refert, insuper quæ de Antia
 prophetissa dicuntur Ecclesiæ sanctæ
 subtiliter accommodat. *Tom. 7. homil.
 hyemalib. de Tempore, col. 199. & sequen-
 tibus.*

DOMINICA INFRA
 Octauam Natiuitatis.

* B. ALBERTI MAGNI sermo
 I. ad ea verba: *Ecce positus est hic
 in ruinam & resurrectionem, &c. Luc. 2. Et
 docet. I. Christum positum esse in rui-
 nam idolorum Ægypti, id est, mundi;
 Superbiæ, auaritiæ, gulæ. Quæ vitia fu-
 gere debemus. II. Iesum positum esse in
 resurrectionem peccatorum per pœni-
 tentiam, à septem peccatis capitalibus,
 per quæ cadunt homines. III. Iesum
 positum esse in signum paupertatis, hu-
 militatis & acerbitatis. *Tom. 12. serm. 10.
 de temp. à pag. 24. col. 1. ad 27. col. 1.**

S. BONAVENTURÆ sermo primus
 in illud Euangelij. *Positus est hic in rui-
 nam, &c. quadripartitur. I. agit de pec-
 catoris perversitate qui de bono alieno,
 malum facit & sibi met inferit: Christus
 enim venerat in quantum virtus, ad
 expellendum vitium superbiæ, & pec-
 cator inde sumpsit superbiendi occasio-
 nem: venerat in quantum veritas, vt
 sua doctrina, hominis argueret iniqui-
 tatem; & inde homo contra Doctorem
 insurrexit, & iniquior euasit: venerat
 in quantum salus, vt perditos redime-
 ret & vulneratos ad mortem, proprio
 sanguine sanaret imò & viuificaret,
 malignus autem in vitam omnium cõ-
 surgens & viuificum cruoris liquo-
 rem respuens, sibi mortem sine morte
 æternam promeruit; sicque intelligen-
 dum, Christum in ruinam multorum posi-
 tum. II. de Christi benignitate in pro-
 strati hominis subleuatione, venit enim
 in resurrectionem multorum, hæc autem be-
 nigna pietas in subleuatione trium ge-
 nerum hominum apparet, qui eius vir-*

Eiusdem sermo 2. docet sextuplicem
 gladium animam nostram pertransire
 debere. 1. acerbitatis passionis Domi-
 ni, per compassionem. 2. ardoris dile-
 ctionis sanctæ, cum per charitatem nos
 Dei obsequio impendimus. 3. feruoris
 contritionis, quod in Deum peccauere-
 rimus. 4. mortis corporalis crebro me-
 ditatæ. 5. sententiæ iudicialis peccata
 punientis. 6. pœnæ gehennalis, duræ,
 grandis, & fortis. *Ibid. serm. 11. à pag.
 27. col. 1. ad 29. col. 1.*

* S. ANTONII DE PADVA sermo
 I. Nomina Ioseph, Mariæ, Simeonis, &
 Annæ, designare affirmat quatuor vir-